



MAXIMILIANUS STADEBAUR,

S. S. THEOLOGIAE DOCTOR ET PROFESSOR PUBL. ORD. FACULTATIS THEOLOGICAE
ASSESSOR ET H. T. DECANUS

A D

DISPUTATIONEM
P U B L I C A M

PRO

S U M M I S I N T H E O L O G I A H O N O R I B U S R I T E
C A P E S S E N D I S

AB

ADMODUM REVERENDO, CLARISSIMO ET PERDOCTO VIRO AC DOMINO


PAULO JOSEPHO NARDINI,
GERMERSHEMIENSI BAVARO, SUBDIAC. SPIRENS.

DIE. XXV. JULII MDCCCXLVI HORA X.

E A B C N D A M

RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICUM, PATRES CONSCRIPTOS, OMNIUM
ORDINUM PROFESSORES, CIVES ACADEMICOS, LITERATOS DENIQUE
AC LITERARUM FAUTORES OMNI, QUA PAR EST, OBSERVANTIA
INVITAT.

MONACHII 1846.
TYPIS J. GEORGII WEISS.



T H E S S.

Dissertatio inauguralis:

De Daemonibus Novi Testamenti.

Quaestio inauguralis:

Quaenam sit relatio προγνωστικής inter et προόφειον sec. S. Paulum.

1. Quidditas substantiae divinae est indefinibilis.
2. Mysterium Ss. Trinitatis jam in V. T. insinuatur.
3. Dei scientia non tantum directrix voluntatis, sed jam per se efficax est rerum causa.
4. Praescientia Dei non tollit humanam libertatem.
5. Quod supra naturam est, non est contra naturam.
6. Miracula diabolus nullo modo patrare potest.
7. Communionem sub utraque specie Christus nequaquam absolute mandavit.
8. Sententia St. Hieronymi: „idem est presbyter, qui et episcopus etc.“ a vero non aberrat.
9. Ecclesia consentiens cum contrahentibus est minister Sacramenti matrimonii.
10. Cartesii principia non pugnant cum catholicis.
11. Falso thesis scholastica: „voluntas divina ut sit recta debet se conformare sanctitati“ platonismi ant fatalismi arguitur.
12. Non est actus indifferens quoad subjectum.
13. Datur conscientia invincibiliter erronea;
14. Conscientia autem immediata nunquam est erronea.
15. Libertas contrarietas non est de essentia libertatis.
16. Peccatum est transgressio legis.
17. Genealogia in Evangelio sec. Lucam est St. Matris Jesu.

18. Evangelium hebraicum Ebionitarum et Nazaraeorum corruptum est evangelium sec. Mattheum.
 19. In Ep. ad Rom. cap. V., v. 5: „τὸν Θεόν“ genitivus est subjecti.
 20. In Ep. S. Clementis Rom. ad Corinthios cap. 44. „καὶ μετέξη ἐπινόμην δεδώκεσθαι“ vertimus: „et interim compascendi munus dederunt.“
 21. Legitima die J. Ch. cum discipulis Pascha celebravit.
 22. Psl. XXXI., v. 1. 2.; et Psl. L. v. 11.; nequaquam justificationem solam actu forensi declarationem demonstrant.
 23. Sub voce: „לְנֵי“ Levit. c. XVI. nonnisi spiritus malus intelligi potest.
 24. Synodus Antiochiae an. CCLXIX celebrata vocem: „δύο οὐσίας“ non rejecit.
 25. Chalcidius sub fine quarti saeculi non Christianus, sed Neoplatonicus fuit.
 26. Sigismundus Imperator Hussio salvum conductum non fregit, sed fidem datam servavit.
 27. Concordata Hadriani I. cum Carolo M., et Leonis VIII. cum Ottone I. non sunt genuina.
 28. Codex juris ecclesiastici autoritatem habet tantum aversionalem.
 29. Principium juris civilis: „lex prohibens simul est irritans,“ in jure ecclesiastico non est admittendum.
 30. Valde verisimile est, Ecclesiam matrimonia haereticorum conversorum, obstante impedimento juris ecclesiastici contracta, nec ab extrinseco, nec ab intrinseco invalida putare.
-